CAROLUS TOSATTO

DE INFINITIVO EURIPIDEO

IN

ALCESTIDE ET TROADIBUS

ET HELENA

PATAVII
TYPIS SEMINARII
1921

munus sustinentibus, tum de infinitivis obiecti vice fungentibus, denique de infinitivo qui positus est post ὥστε et πρίν.

Sed antequam ad rem ipsam aggrediamur, quibus locis infinitivus reperiatur, nobis exponere liceat.

In Alcestide: v. 2. 6. 11. 13. 18. 21. 26. 27. 33. 37. 40. 41. 49. 50. 53. 59. 60. 63. 81. 85. 107. 110. 138. 140. 141. 146. 153. 155. 164. 165. 168. 169. 180. 202. 206. 211. 230. 238. 239. 251. 275. 278. 281. 283. 284. 285. 286. 287. 291. 292. 294. 298. 320. 324. 325. 326. 335. 341. 346. 352. 356. 359. 362. 366. 372. 373. 416. 419. 426. 434. 462. 467. 469. 472. 480. 486. 487. 492. 502. 512. 519. 523. 524. 528. 542. 545. 548. 550. 552. 558. 563. 565. 567. 572. 574. 605. 617. 619. 622. 628. 633. 634. 637. 641. 644. 653. 657. 659. 668. 669. 672. 676. 682. 684. 686. 691. 693. 694. 699. 700. 702. 704. 709. 711. 712. 721. 726. 729. 737. 752. 755. 760. 775. 782. 793. 799. 801. 810. 817. 823. 828. 832. 840. 841. 842. 844. 853. 854. 860. 867. 876. 879. 881. 884. 887. 888. 891. 897. 899. 939. 955. 957. 959. 960. 975. 1008. 1009. 1011. 1018. 1024. 1030. 1033. 1034. 1041. 1044. 1047. 1054. 1059. 1060. 1061. 1066. 1070. 1071. 1073. 1074. 1075. 1076. 1078. 1079. 1081. 1084. 1086. 1091. 1092. 1106. 1110. 1114. 1116. 1120. 1121. 1130. 1134. 1141. 1145. 1152. 1155. 1156.

In Troadibus: v. 27. 36. 50. 62. 63. 65. 66. 73. 75. 80. 81. 85. 86. 106. 110. 111. 116. 117. 121. 178. 181. 216. 219. 223. 259. 270. 277. 283. 294. 300. 302. 347. 384. 400. 402. 403. 419. 422. 428. 430. 433. 447. 450. 454. 455. 467. 470. 472. 493. 494. 497. 510. 600. 632. 636. 637. 649. 655. 656. 659. 683. 688. 689. 714. 716. 723. 725. 728. 729. 731. 732. 733. 734. 767. 770. 774. 777. 785. 787. 798. 874. 875. 877. 878. 885. 899. 902. 903. 910. 911. 914. 917. 926. 928. 930. 937. 938. 942. 954. 964. 965. 972. 974. 984. 995. 997. 998.

1010. 1021. 1027. 1032. 1037. 1041. 1048. 1056. 1125. 1134. 1138. 1140. 1142. 1143. 1146. 1157. 1203. 1208. 1218. 1248. 1259. 1260. 1262. 1283. 1286.

In Helena: v. 26. 35. 55. 57. 63. 69. 86. 108. 140. 142. 143. 145. 149. 153. 156. 254. 259. 278. 289. 295. 298. 302. 307. 308. 322. 325. 327. 328. 329. 389. 390. 394. 397. 402. 403. 407. 415. 416. 421. 427. 433. 434. 441. 444. 476. 496. 512. 514. 531. 532. 534. 536. 538. 545. 552. 560. 562. 576. 603. 611. 619. 624. 651. 659. 665. 675. 732. 733. 739. 741. 742. 748. 754. 763. 764. 784. 785. 802. 807. 812. 814. 824. 826. 827. 836. 839. 840. 841. 850. 881. 884. 891. 898. 904. 908. 910. 911. 916. 918. 922. 946. 947. 948. 951. 954. 955. 964. 968. 974. 978. 979. 982. 983. 998. 1004. 1005. 1008. 1012. 1013. 1025. 1026. 1034. 1040. 1046. 1050. 1051. 1058. 1062. 1064. 1065. 1066. 1069. 1073. 1077. 1078. 1083. 1091. 1092. 1101. 1159. 1174. 1201. 1205. 1208. 1227. 1239. 1242. 1243. 1262. 1267. 1269. 1276. 1277. 1278. 1284. 1287. 1289. 1293. 1336. 1373. 1386. 1388. 1389. 1392. 1396. 1401. 1403. 1404. 1407. 1415. 1426. 1432. 1434. 1445. 1447. 1448. 1449. 1475. 1518. 1523. 1524. 1540. 1552. 1556. 1559. 1568. 1594. 1595. 1611. 1619. 1631. 1632. 1637. 1638. 1639. 1640. 1651. 1654. 1655. 1657. 1661. 1677.

CAPUT I.

De infinitivo absolute posito
et de aliis infinitivi usibus observatione dignis.

a) Pro *imperativo* infinitivus interdum usurpatur ut iussum indicetur quod quis velit accidere. Infinitivus ponitur pro imperativi altera persona. Ex. Tro. v. 422 = sequere, ubi animadvertendum est infinitivo ἕπεσθαι praecedere imperativi formam ἕπου. Verus imperativus antecedit, ut nobis clare appareat infinitivi vim fere eandem esse atque veri imperativi, huius significationem aequando.

b) Infinitivus *adverbialiter* interdum quoque usurpatur quasi parenthesis ad vim antecedentium verborum restringendam atque infirmandam: cfr. Alc. 801 ubi infinitivo χρῆσθαι particula ὡς anteponitur = ὡς ἀκοῦσαι, ὡς εἰπεῖν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖν etc.

c) Non nullis locis *in exclamationibus* adhibetur infinitivus: cfr. Alc. 832 φράσαι ubi σοῦ genetivus exclamativus est et infinitivus φράσαι cum articulo τό exclamationis causam continet. In latina lingua accusativus cum infinitivo saepe usurpatur et in exclamationibus et locis ubi indignatio non nulla et ira indicatur: cfr. Cic. Verr. 5. 38; Verg. Aen. I. 41 " Mene incepto desistere victam? ".

d) Adhibetur infinitivus etiam *epexegeticus* appositionis vel epexegeseos instar ad antecedentis cuiusdam verbi vim maiore studio et cura illustrandam et post adiectiva et pronomina ponitur.

Substantiva cum adiectivis infinitivus epexegeticus sequitur: cfr. Hel. 1033 " honesta profecto proditione ut faceres iusta (δρᾶν) „.

Sententiam antecedentem illustrat etiam infinitivus: cfr. Tro. 493 " ... his (ministeriis) me adhibebunt vel ut ianuarum custos claves servem vel ut panem faciam et humi stratum habeam „.

Infinitivus epexegeticus ante τοσόνδε ponitur in Tro. 933. Pronomen ὁ αὐτός cum nomine coniungitur et accusativus cum infinitivo legitur in Tro. 1037 " mecum tu in eandem opinionem venisti, hanc libenter ex mea domo abisse ad peregrina cubilia „. Τίς cum substantivo invenitur etiam; cfr. Hel. 295 " quamnam fortunam reliquam habeo? An nuptias eligens ad mutationem malorum, habitem cum viro barbaro (οἰκεῖν)? „. Interdum τοῦτο et ταῦτα infinitivos praecedunt: cfr. Alc. 558 ubi acc. cum infinitivo est: " et praeter domestica mala aliud hoc esset malum quod mea domus inhospitalis vocaretur (καλεῖσθαι) „. Hel. 444 " mihi hoc munus incumbit, hospes, ne quis Graecus accedat ad hancce domum (μηδένα πελάζειν) „. In Tro. 121 substantivum adiungitur: " musa vero est et haec quaedam infelicibus clades sonare tristes (Μοῦσα καὕτη) „. Coniungitur etiam inf. epex. cum pronomine demonstrativo τόδε: cfr. Alc. 37 ubi τόδε in accusativo est, qua re infinitivus obiecti vice fungitur: " quae hoc promisit, marito liberato, ipsam pro eo morituram esse „; Hel. 57 ubi acc. c. inf. legitur: " ex deo Mercurio audivi hunc sermonem me aliquando habituram esse „. In Alc. 684 post substantivum cum ὅδε positum, infinitivus epex. est, ubi etiam acc. c. inf. usurpatur: " non enim paternam hanc accepi legem, pro liberis ut morerentur patres (προθνῄσκειν πατέρας) neque Graecam „ et in Tro. 1032 sic est " et legem hanc pone aliis mulieribus ut moriatur quaecumque virum prodiderit (θνῄσκειν πόσιν) „. Loco singularis vocis τόδε neutrum pluralis τάδε etiam ponitur et acc. τάδε est in Alc. 373: " o liberi, vos iam *haec* audivistis verba patris dicentis se non ducturum esse aliam aliquam uxorem in vestrum damnum neque me neglecturum „.

e) Adiectivis et substantivis etiam adicitur infinitivus

nihil novum ad enuntiatum afferens: cfr. Alc. 891 " gravia toleratu (φέρειν) „; Tro. 683 " μέτριος χειμὼν φέρειν „; Tro. 885 (εἰδέναι); 1140 λύπας ὁρᾶν; 1157 " triste spectaculum neque gratum aspectu mihi (λεύσσειν) „; Hel. 1540 " speciosi quidem sed squalidi aspectu (ὁρᾶν) „.

Post adiectiva ponitur infinitivus non nullis locis aliquid novi adiciens: cfr. Alc. 434 " digna quae mihi honoretur (ἀξία τιμᾶν) „; 230 " nonne digna haec sunt et caede et amplius quam ut laqueo collum sublimi admoveas? „; 1060 " ἀξία δέ μοι σέβειν = digna enim est quae a me colatur „; Hel. 69; 1052: ἕτοιμος λόγῳ θανεῖν = paratus sum verbis mori; 1523 " εἰδέναι πρόθυμος „.

f) Infinitivus *finali vi* praeditus, finem indicans quem quis sibi proposuit, apud poetam nostrum frequentissime usurpatur.

Λείπειν cum infinitivo finali: Alc. 657 " ita ut non sine liberis moriens aliis hanc domum relicturus esses orbam diripiendam (λείψειν διαρπάσαι) „.

Φέρω cum inf. fin. Tro. 1208 " φέρουσιν ἐξάπτειν „.

Παρέχειν cum inf. fin, cfr. Hel. 812 " tacens igitur manus meas ligandas praebeam (παράσχω δῆσαι)? „.

Iam in medium procedant διδόναι eiusque composita (in latino sermone his locis sicut etiam ceteris de quibus supra locuti sumus, usurpatur etiam gerundium cum praepositione *ad* coniunctum vel gerundivum aut supinum in *um*, aut novum secundarium enuntiatum cum particula *ut* vel pronomine relativo cum coniunctivo); Alc. 1024; Tro. 450 " me dabunt feris laniandam, Apollinis sacerdotem „; 454 " dem celeribus auris ferenda haec tibi, o rex vaticine „; 874 " dederunt eam mihi interficiendam „; 878 " δοῦναι κτανεῖν „ sine dativo personae; 902 " te mihi dedit interficiendam „; Hel. 624 " o exoptatam diem, quae te in ulnas meas recipiendam dedit „ cum praep. εἰς pro dativo personae; 910 ἔδωκε σώζειν.

Sequuntur nunc composita ex διδόναι et aliqua praepositione: προδιδόναι τινὰ θανεῖν in Alc 659; παραδιδόναι in Tro. 419 " tua convicia in Argivos et Phrygum laudes ventis ferenda concedo „; ἀποδιδόναι in Hel. 1012 " ἀπέδωκεν ἔχειν „.

Πέμπειν cum inf. finali usurpatur ad indicandum eum qui

mittitur ad quid agendum. Cfr. Alc. 480: " quae res te ducit ut ad Pheraeum oppidum hoc accedas (πέμπει προσβῆναι) „; Hel. 964 " quam Iuppiter huc misit ut servares mihi (ἔπεμψε σώζειν) „.

Praeterea aliis locis infin. finalis usurpatur: cfr. Tro. 81: " dicit se daturum mihi ignem fulmineum ut sternam Graecos et incendam naves igne „; 600: corpora vulturibus lanianda iacent; 974 etc.

Infinitivus consecutiva vi instructus reperitur interdum: cfr. Alc. 291 " licet honeste ipsis mori eveniret et servare filium et gloriose mori „.

CAPUT II.

De infinitivis subiecti vice fungentibus.

a) Interdum articulus additur: Alc. 1081 τὸ φιλῆσαι = amare mortuum lacrimas elicit; alias articulus non additur. cfr. Tro. 470 " tamenh abet aliquem decorem invocare deos „.

b) Infinitivus interdum subiecti munere fungitur cum substantivum aliquod praedicati locum obtineat. Ex.

κέρδος: Hel. 763 nihil quidem lucri est scire; μεῖζον κακόν sine particula ἤ et infinitivi articulo in Alc. 879: " quid viro malum maius quam amittere fidam coniugem? „.

μέτριον ἄχθος in Alc. 883 " pro hac dolere mediocre est onus „.

στέφανος οὐκ αἰσχρός in Tro. 402: " fama est non turpis patriae fortiter perire „.

χάρις in Hel. 1403 " sed quaenam illi utilitas si morerer (κατθανεῖν) simul cum mortuo? „.

θέμις cum dativo in Alc. 1145: " Nondum fas tibi huius compellationem audire „.

Denique adde:

Alc. 416 " necesse est hanc calamitatem ferre „ (ubi ἀνάγκη cum infinitivo iungitur); Alc. 617 " verum haec quidem ferre necesse est „ ; Alc. 1086 " tempus dixeris, si tempus significat mori „ (χρόνος); Tro. 121; Tro. 926 " praemium erat Alexandro fore ut everteret „; Hel. 510 sqq., Hel. 514 " est autem dictum gravi necessitate nihil esse valentius (λόγος cum acc. et inf.) „ ; Hel. 278 " ancora ... maritum aliquando venturum esse et liberaturum ex his malis (cum acc. et inf. fut.) „ ; Hel. 560 " divinum quiddam est amicorum agnitio (θεός) „ ; Hel. 811 " audere impossibilia hominis non est sapientis „ ; Hel. 951 " dicunt esse generosi viri in adversis rebus lacrimas ab oculis emittere „ ; Hel. 996 " penes te est, o puella, iudicare hanc litem (praep. ἐν cum dativo) „ ; Hel. 1242. 43; 1262; 1278 " mea refert coniugem piam alere „ ubi est πρός cum genetivo.

c) Infinitivus subiecti vice fungitur cum praedicati partes agunt neutra pronominum vel adiectivorum.

Cum pronomine: ταυτόν cfr. Alc. 711 cum acc. et infinitivo " Idemne est aetate vigente vivum et senem mori? „ ; Tro. 632 cum nudo infinitivo, praecedente articulo " non idem est vivere ac mortuum esse „ ; οἷόν τε cum dat. Alc. 487 " sed neque recusare laborem licebat mihi „ ; cum inf. Tro. 731 " nos contra unam mulierem pugnare sumus satis valentes „ ; cum inf. aor. et dat. personae Hel. 824.

Cum adiectivis:

αἰσχρόν addito dativo in Alc. 542; 1033 " turpe fuit neglegere hoc lucrum gloriosum; cum acc. et inf. Hel. 922.

ἄξιον cum nudo infinitivo construitur; Alc. 628 " ἄξιον γαμεῖν „ ; Tro. 1225 " aequum est honorare „ εὔηθες cum infin. praecedente articulo; Hel. 748 " stultitia est vel opinari mortales ab avibus iuvari „.

λυπρόν = Alc. 876.

μόρσιμόν ἐστιν cum dativo et inf. Hel. 1677 " Menelao fatale est habitare in insulis fortunatorum „.

μέγα com dat. et inf. Tro. 259 " Annon est magnum ei fieri lecti regii participem? „.

σύμφορον: Hel. 254 " conducit tamen quam facillime fatalia vitae ferre „.

σύνηθες cum dat. et inf.: Alc. 40. 41 " usitatum est mihi semper haec gestare „.

ῥᾴδιον cum acc. et inf.: Alc. 1054 " iuvenem non est facile coercere „; comparativ. ῥᾷον cum nudo infinit. legitur in Alc. 1078 " facilius est exhortari, quam dolentem sustinere „.

εὐμαρές: cfr. Alc. 492 " non facile est frenum inicere genis eorum „. Hel. 1227.

κρεῖσσον cum inf. Tro. 637 " melius est mortuum esse quam aerumnose vivere „; cum acc. et inf. Hel. 731 sqq.; 807 " satius est (fugere) quam ut connubium meum occidat „; cum articulo ante infinitivum in Tro. 637.

κύδιον: Alc. 960 " τί μοι ζῆν; „.

Superlativ. κράτιστον cum nudo inf. cfr. Hel. 298 " mori est optimum „; ἄμεινον item: Tro. 384 " tacere melius est turpia „ εὐκλεέστατον cum dat. et inf.: cfr. Hel. 1641 " gloriosissimum est generosis servis mori „.

Voci φίλον dativus personae, cui quid iucundum est, additur et acc. cum inf. sequitur; cfr. Tro. 471 " mihi gratum est bona recensere „ Tro. 1157.

ἡδύ nudum infinitivum sibi adiungit: cfr. Alc. 355 " dulce est videre amicos „; Hel. 665 " iucundum sane est labores audire „; cum ἐστί Tro. 683 " iucundum tamen est vel opinari hoc „; comp. ἥδιον cum inf. Hel. 814.

κάλλιστα: Tro. 1283 " honestissimum mihi cum hac incensa patria mori „.

d) Post verba impersonalia et passiva: usitatissimus est infinitivus apud verba *debendi* δεῖ et χρή.

Cum δεῖ saepe accusativus cum infinitivo exstat.; cfr. Alc. 320 " oportet me mori „. Alc. 840. 41. 42; 1061; 1152; Tro. 725; Hel. 979; 1069; 1091. 92; 1267; 1654. 55.

Creberrime χρή cum infinitivo usurpatur.

Exempla quae nudum infinitivum praebent: Alc. 81 " qui dicat utrum mortuam reginam lugere oporteat „; 110; 633; 1008. 09; 1071. 1110; Tro. 400 " fugere bellum debet (χρὴ φεύγειν) quisquis sapit „; 729; 1285; Hel. 496; 1289. Constructio acc. cum inf. est in Alc. 107; 502; 653; 686; 709; 737; 775; 810; 939; Tro. 110. 11; 403; 455; 655; 787; 937;

954; 1027; 1218; Hel. 86; 329; 754; 907; 918; 1034; 1073; 1083; 1293; 1407; 1415; 1434; 1636. Verbum impersonale χρή cum verbo μέλειν coniunctum in Alc. 1034 " tibi curae esse hanc mulierem oportet „. Χρεών cum nudo infinitivo legitur in Tro. 294; cum acc. et inf.: cfr. Alc. 27; 523 " non scis fatum, quod subire eam oportet? „; 619; 1092. Cum participii accusativo et infinitivo coniungitur in Alc. 799 " cum simus mortales, mortalia etiam nos sapere decet (ὄντας θνητούς) „.

Πρέπει coniungitur cum acc. et infinitivo: cfr. Alc. 550 " non decet cenantes audire nostros luctus, neque dolore affici hospites „.

Μέλει sibi adiungit dativum personae cui quid cordi est, praeter infinitivum: cfr. Alc. 726 " male audire curae non est mortuo mihi „.

Transgrediamur nunc ad verba ἐστίν et composita. Quod significat " aliquid accidere posse „ " δυνατόν „ vel " οἷόν τέ ἐστιν „ cum nudo infinitivo constructum, etiam apud poetam nostrum invenimus. Saepe cum dativo personae legitur: cfr. Alc. 142 " et vivam dicere et mortuam licet tibi „; 324 " tibi optimam coniugem licet gloriari te habuisse „; 519; 1030 " νικῶσι = vincentibus erant equi subducendi „. Optativus εἴη cum dativo et infinitivo aliquid desideratum significat: cfr. Alc. 473 " tali contingat mihi potiri coniuge cara, lecti socia „.

Saepe invenitur οὐκ ἔστιν quod significat οὐχ οἷόν τέ ἐστιν, οὐ δυνατόν: cum infinitivo coniungitur: cfr. Alc. 486 " non poteris equorum dominus fieri sine pugna „; 545 " non licet tibi ad alterius viri focum ire „; 1076 " fieri nequit ut mortui in lucem redeant „.

Personaliter ἐστί usurpatum videmus: Alc. 278 " in te sunt res meae, vivam an non vivam „; 519 " duplex de ea sermo est mihi quem dicam „; 760 " erat audire geminum melos „.

Ut εἶναι ita composita saepe infinitivum pro subiecto sibi adiungunt.

Ac primum πάρεστιν cum accusativo et infinitivo consociatum legimus: Alc. 59 " redimerent quibus opes suppetunt ut senes morerentur „; Hel. 421; cum participio παρόν est dativus: Alc. 185. 86; 284 " cum liceret mihi etc. „. Omisso

ἐστίν coniungitur πάρα cum nudo infinitivo: cfr. Alc. 341; 1114 " domum vero intrare licet „; Tro. 106; Hel. 397.

Saepe invenitur etiam ἔξεστι cum nudo infinitivo: cfr. Tro. 50 " licetne affari? „ 903 " licetne igitur ad haec respondere verbis? „; Hel. 442. Participium ἐξόν absolute usurpatum cum infinitivo interdum coniungitur: cfr. Hel. 1159 " cum liceret componere verbis litem de te, o Helena „. Dativus additur formae ἔξεστι: cfr. Hel. 802 " nec igitur licebit mihi domum te deferre? „. Accusativus cum infinitivo additur participio ἐξόν: cfr. Alc. 888 " cum licuisset sine liberis et sine coniuge vivere semper „.

Apud ἀρκεῖ, quod significatione aequat latinum " suppetit „ vel " satis est „ dativus cum inf. legitur: cfr. Alc. 33 " non satis tibi fuit fatum Admeti impedisse? „ et sic " ἅλις ἐστίν „: Alc. 1041 " satis mihi fuit deplorare hoc malum meum „.

Verba passivi generis quibus infinitivus subiecti loco sese applicat, sunt haec: πέπρωται cum acc. et inf.: Alc. 20 " hoc die eam mori fatale est et discedere e vita „; ὀφείλεται = δεῖ, χρή cum dativo et infinitivo: cfr. Alc. 419 " omnibus nobis mori necesse est „; 782 " hominibus omnibus mori necesse est „.

Adiectivum verbale συγγνωστόν sine verbo ἐστί et dativo personae est in Alc. 1348 " lugere quidem, si quid dominis accidit, veniam habet „.

Denique δοκεῖ referendum est quod cum dativo et infinitivo iungitur cum significatione " δοκεῖ τινι κράτιστον „: cfr. Alc. 60 " Non igitur placet tibi hanc mihi dare gratiam? „ Tro. 877 " mihi vero placuit ad Troiam quidem mortem Helenae omittere... eam abducere in Graecam terram et deinde ibi neci tradere „; δέδοκται cum dat. et infinitivo construitur in Hel. 982 " interficere decrevi hanc „; sine dativo personae legitur aliis locis. Ἔδοξε cum acc. et infinitivo invenitur sine dativo in Tro. 713 " decretum est hunc puerum habere „; 877. 78 (δόξα = nomen substantivum Tro. 178).

CAPUT III.

De infinitivo obiecti vice fungenti.

Ut infinitivus subiecti praedicatique partes agit, ita saepissime obiecti munere fungitur.

a) Ac primum de infinitivis disputandum est locum tenentibus apud verba ea quae voluntatis proprie significationem habent.

θέλω nudum infinitivum sibi adiungit, subiecto infinitivi non differente a subiecto verbi regentis: cfr. Alc. 18 " quae vellet mori pro ipso nec amplius intueri lumen „; 155. 281. 287. 467. 563. 702. 721. 959. 1079; Tro. 27 " neque coli volunt „; 36. 62. 63. 65. 66. 75. 302. 875. 947. 1021; Hel. 26; 327. 28; 552. 562. 882. 884. 912. 1161. 1239. 1556.

Βούλομαι nudum infinitivum sibi adiungit: cfr. Alc. 206. 672. 1018. 1047. 140 " scire vellemus „; Tro. 73 " ipsos tecum malis afficere volo „; 659. 899. 911. 965; Hel. 784 " numnam voluit aliquis ducere meam uxorem? „; 916; 1005; 1050; 1445. Accusativus cum inf. legitur in Tro. 734 " neque te pugnam expetere... nec te facere... neque te conicere in Graecos imprecationes volo „.

Sequantur nunc verba significationis quae est " audere „: τολμάω: Alc. 552 " audes excipere hospites? „; 644; 752; 1117; τλῆναι: Alc. 2; 275; 462 " sustinuisti redimere „; 574; 887; 955; Hel. 785; 947. 48.

Iam vero transeamus ad infinitivos ex verbis *petendi orandique* pendentes: αἰτέομαι: Alc. 165. 168. 99; cum accus. et inf. Tro. 1134 " ab ipso veniam petiit sepeliendi hunc mortuum (θάψαι) „; 1138. 1142. 43; Hel. 1058; εὔχομαι: Alc. 335. 669; ἱκετεύω cum acc. et inf. in Hel. 1025 " rogate Venerem ut permittat te redire in patriam „; καλοῦμαι in Hel. 1447; λίσσομαι cum acc. et inf. in Alc. 251 " precare potentes Deos ut tui misereantur „; cum nudo inf. Alc. 202.

Sequantur verba *suadendi*. Accus. et inf. vult πείθω: cfr.

Alc. 700 " si praesenti semper mori persuasurus sis mulieri pro te „; Hel. 1396; ἀναπείθω = Hel. 826 sqq.; ἐκπείθω = Hel. 1568.

Verba *sinendi*; cum acc. et inf. ἐῶ: cfr. Alc. 622, 729; Tro. 467; Hel. 619. 1025. 26; 1101; 1404; 1632; παρίημι cum dat. et inf. Alc. 634; δίδωμι cum nudo inf. Hel. 624; αἰνέομαι = Alc. 13.

Iam de verbo μέλλειν non nulla disputanda sunt, quod multas significationes habet; ac primum significat hoc verbum " in eo est ut quid faciam „, ut Latini coniugatione periphrastica (ut dicunt) utantur: cfr. Alc. 26 " est deductura „ ubi inf. futuri reperitur; 513. 653; Tro. 300 " sint educendae „ cum inf. praes.; 1125. 1259; Hel. 1046 " si fratrem interfecturus esses „. De rebus quae non fati necessitate sed alterius personae voluntate eveniunt, inf. praes. legitur: Alc. 1106 " oportet si modo tu nolis irasci „; inf. fut. Alc. 657 " relicturus esses „.

Transeamus nunc ad verba *cupiendi:* ἐπιθυμῶ = Alc. 867 " illam domum habitare expeto „; εὔχομαι Alc. 669 " senes optant mori „; ζητῶ = Hel. 156 " neque tu quaeras cognoscere „; 955; θηρῶμαι = Hel. 545 " qui me conatur capere „; πειρῶμαι = Hel. 1004 " conabor Menelaum salvum praestare „; 1008; ποθῶ = Hel. 946 " desidero audire sermonem „ (subst. πόθος = Tro. 116; Hel. 764.); προθυμίαν ἔχω = Tro. 689; χρῄζω cum nudo infinitivo = Tro. 422 " volet abducere te „; Hel. 143; 145; 402; 675; 1201.

Hic dicendum est de verbo personaliter usurpato ὤφελον quod optatum significat quod non evenit: in latina lingua utimur coniunctione " utinam „ cum coniunctivo temporis praeteriti: cfr. Alc. 881 " utinam numquam habitassem „ cum particula negativa; εἴθ' ὤφελες in Hel. 389 " utinam reliquisses vitam „; infinitivus praesentis legitur in Alc. 881.

Nunc transgrediamur ad verba *iubendi et hortandi:* ἄνωγα cum acc. et inf. in Alc. 1044; ἐπισκήπτω acc. et inf. sibi adiungit in Alc. 366; κελεύω cum nudo infinitivo Hel. 1061; cum acc. et inf.; cfr. Hel. 904; 1064; 1553 " iubens hospitem praeesse navi „; ὀτρύνω cum nudo inf. in Alc. 755; cum τάσσω passivam structuram habemus in Tro. 264: " Tumulo

Achillis ministrare constituta est „; 1260; compositum προστάσσω acc. et inf. regit in Hel. 890 " qui me iussit hoc significare sibi „.

Praeterea non nulla verba *dicendi* significationem *iubendi* vel *imperandi* habent: αὐδῶ sibi adiungit dativum et inf. in Tro. 1262; εἰπεῖν cum nudo infinitivo: cfr. Hel. 1611 " in Graeciam iussit dirigere navim „; dat. cum inf. in Hel. 1475; ἐννέπω cum dat. et inf. in Alc. 1155; λέγω cum nudo inf. in Hel. 950 " dicunt esse generosi viri in adversis rebus lacrimas ab oculis emittere „; Tro. 723; cum dativo in Alc. 426 " omnibus Thessalis luctum huius mulieris communem esse edico „; Tro. 1048; φράζω cum dativo et inf. in Hel. 1432 " qui dicat meis satrapis ut ferant nuptialia munera in domum meam „; Alc. 548 " praefectis manda ciborum ut adsit copia „.

Hic non nullorum verborum mentionem facere debemus quae significatione plane contraria sunt. Sunt verba *cunctandi, timendi, verendi* etc.: αἰδοῦμαι in Alc. 823; ἅζομαι in Alc. 326; αἰσχύνομαι in Hel. 415 cum nudo inf.: " in turbam enim prodire erubescebam „; ἀφίσταμαι Hel. 536 " ego autem id percontari palam destiti „; ὀκνῶ in Alc. 180.

Verbum *prohibendi* κωλύω in Alc. 897-99.

b) Infinitivus obiecti locum obtinet etiam post verba *sentiendi et declarandi.*

Post verba sentiendi: Verba cum significatione quae est " videri „; ἔοικα cum inf. praesentis in Hel. 1639 " mortem appetere videris „; δοκέω cum inf. praes.: cfr. Alc. 352; 957; 1066; 1121; cum dativo personae in Alc. 565; 793; Tro. 433; 774; Hel. 1392; cum inf. aoristi in Hel. 55; 658; cum inf. temporis perfecti in Alc. 85 " optima visa mulier erga suum maritum fuisse „.

Δοκεῖν notionem *putandi* assumit etiam: cum nudo inf. praesentis reperitur in Tro. 728; 1248; Hel. 35; 576; 1386; cum inf. futuri in Alc. 844; 1134; acc. cum inf. praesentis est in Alc. 53; 691; Hel. 611; 748; 1205; cum inf. aoristi in Tro. 972 " ego Junonem et virginem Palladem non eo dementiae venisse puto „; Hel. 289; 55; 954.

Alia verba *putandi* cum infinitivo: δοξάζω cum acc. et inf. in Tro. 347 " putabam quondam te celebraturam esse

nuptias istas „. Hel. 307 " hospitem qui venit, ne putes omnia vera dixisse „; λογίζομαι in Alc. 693; νομίζω cum acc. et inf. in Alc. 641. 704; Tro. 510; Hel. 1657; (νομίζειν = moris esse in Hel. 1066); οἶμαι cum inf. futuri in Hel. 448; cum inf. aoristi in Hel. 394 " maximum credo exercitum ad Troiam (me) traduxisse; acc. c. inf. fut. in Tro. 917 " opinor te disceptantem verbis mihi obiecturum esse „; πέποιθα cum inf. futuri Alc. 853 " confido (me) reducturum esse Alcestin „; προσδοκῶ cum praesentis inf. in Alc. 1091 " Num forte mortuae prodesse aliquid speras ? „.

Sequantur nunc *sciendi* verba: οἶδα cum inf.: Tro. 85 sqq. " ut in posterum mea templa revereri discant Achivi et reliquos venerari „; 1041 " ut discas me non dedecorare „; cum acc. et inf. in Alc. 1071; ἐπίσταμαι cum inf. praes. in Alc. 567 " mea autem non sciunt atria repellere neque contemnere hospites „.

Verba *audiendi*: ἀκούω cum acc. et inf. in Tro. 223; Hel. 57; φάμαν ἀκούω cum acc. et inf.: Tro. 216 " opibus abundare fama accepi Penei sacram regionem „; πέπυσμαι cum acc. et inf. Hel. 1174.

Θαυμάζω cum acc. et inf. in Alc. 1130 " miror non fidem habere te fortunae meae „.

Iam vero disputabo de verbis *sperandi*: ἐλπίζω cum inf. futuri in Tro. 955; ἐλπίς cum inf. aoristi: Hel. 433, 1524; ἐλπίς ἐστιν cum acc. et inf. praesentis in Alc. 146; cum nudo inf. futuri in Alc. 294 " nec ulla spes erat, te mortuo, aliam genituros esse subolem „; ξύνεστιν ἐλπίς cum dativo et futuri infinitivo in Tro. 682.

Post verba *declarandi*: εἰπεῖν in Alc. 860; φημί cum nudo infinitivo: cfr. Alc. 1141 " ubi hoc cum Orco dicis proelium commisisse „; Tro. 80, 938; Hel. 142; 836. 39. 40; 1065; 1139; acc. cum inf. in Alc. 238. 39; 629; 1120; Tro. 428; 433; Hel. 140; 259; 530 sqq.; 1208; 1373. φάσκω cum nudo inf. aoristi = Alc. 637; Hel. 1077; cum nudo inf. praes. in Hel. 1078; cum acc. et inf. = Hel. 538; ἀγγέλλω cum nudo praes. infinitivo in Hel. 739 sqq.; cum acc. et inf. in Hel. 1518; λέγω cum acc. et inf.: cfr. Alc. 668; Tro. 636. 723. 767. 984. 998; Hel. 308; 489; 603; nudum infinitivum regit in Alc.

372. 73; 828; Tro. 1010; formam passivam habemus in Hel. 1050 " vis dici mortuus verbis? „.

Verba *iurandi*: Hel. 978.

Verba *vaticinandi*: θεσπίζω cum acc. et inf. in Hel. 148 " vaticinio me iussit Apollo sedem ponere „.

Denique verba *gloriandi*: αὐχῶ cum nudo inf. in Alc. 675; cum acc. et inf. in Tro. 770 " Iovem te procreasse „; κομπάζω in Alc. 324-25 " tibi optimam coniugem licet gloriari te habuisse „.

c) Nunc dicendum est de verbis quorum vis est " facultatem habere „ et " facultatem dare alicui „. In primis referenda sunt verba quae significant " posse „.

δύναμαι cum nudo praesentis infinitivo construitur in Alc. 63 " non poteris omnia obtinere „; Hel. 1287; cum nudo aoristi inf: = Tro. 777; Hel. 741, 1389; ἔχω in Alc. 1070 ubi cum praesentis infinitivo est; Hel. 434; cum inf. aoristi in Hel. 325; πέφυκα (= natura et indole praeditus sum) in Hel. 998 " ego sic sum a natura ut amem pietatem „.

Verba sequantur quae significant: " facere, adducere aliquem ut quid faciat „ τίθημι com dativo et infinitivo in Tro. 1056; καθίστημι in Alc. 283.

Verba quae significant " cogere „: ἀναγκάζω cum acc. et inf. in Alc. 6 " et me servire pater coegit „; Hel. 427; 974; βιάζομαι Alc. 1116 " Rex, cogis me facere haec „.

Denique verba *servandi*: ῥύομαι = Alc. 11 " quem a morte (θανεῖν) liberavi „.

CAPUT IV.

De infinitivo post particulas ὥστε et πρίν usurpato.

De infinitivo cum ὥστε coniuncto bene disputat Wildius " De particula ὥστε commentatio, Görlitz, 1861 „, dicens hunc infinitivum interdum epexegeticam habere vim, interdum consecutivam aut finalem.

In Alc. 211 antecedentium verborum vim exponit maiore cura ὥστε cum infinitivo coniunctum.

Consecutivam vim habet in Alc. 298 " verum haec quidem deorum aliquis effecit ut ita se haberent „; 359, 699; 1073. 74; Tro. 81 (omissa particula et sic Alc. 480). Tro. 270 " fatum habet eam ut liberata sit a malis „; Hel. 841; 1069 ubi nudus infinitivus legitur. Accusativus cum inf. reperitur in Alc. 1084; Hel. 108; 407; 1269; 1284 " ut in patriam tu redire possis „.

Pronomen demonstrativum τοσοῦτος antecedit in Alc. 1073 sqq.; adverbium οὕτως in Tro. 910.

Finalem vim habet infinit. cum ὥστε coniunctus in Alc. 854; Hel. 416; 1040.

De infinitivo post πρίν bene generatim egit O. Prausius " de particulae πρίν usu tragico et Aristophaneo „ Halis 1877.

Infinitivus cum πρίν est post enuntiatum negativum in Alc. 362; acc. cum infinit. legitur in Hel. 153; 476; nudus infinitivus in Alc. 281; 362; Hel. 390; infinitivus perfecti in Hel. 322.

INDEX

CAROLUS TOSATTO

DE INFINITIVO EURIPIDEO

PARS POSTERIOR

PATAVII
TYPIS SEMINARII
1922

CAROLUS TOSATTO

DE INFINITIVO EURIPIDEO

PARS POSTERIOR

PATAVII
TYPIS SEMINARII
1922

Anno praeterito cum fabularum, quas Euripides composuit, lectioni me tradiderim et quae de infinitivo Euripideo in Alcestide et Troadibus et Helena adnotaverim, in lucem protulerim, id causae est quod nunc, occasione data, idem argumentum, quod neglegi non debet, tractem et perficiam, quod ad ceteras Euripidis tragoedias pertinet, in hac parte posteriore quae iisdem regulis et iudiciis a me constituitur atque prior.

Easdem editiones adhibui quas in parte priore nominavi et opusculis et dissertationibus iisdem usus sum.

Sed nunc ad rem nostram aggrediamur.

CAPUT I.

De infinitivo absolute posito et de aliis infinitivi usibus observatione dignis.

a) Pro *imperativo* infin. usurpatur: cfr. Heracl. 313 „αἵρεσθαι", antecedente imperativi forma νομίζετε, quod idem verbum postea sequitur; Ion. 101 ἀποφαίνειν.

Infinitivus *optativus* est in Electr. 805 βουθυτεῖν et in Suppl. 3 εὐδαιμονεῖν.

b) Infinitivus *adverbialiter* ponitur in Bacch. 1078; Heracl. 167; Herc. 713; Hippol. 1162; Or. 1298 „ὡς ἀπεικάσαι" frg. 1117, 63. ((ὡς δόξαι).

c) In *exclamationibus:* In Med. 1052 ubi est genetivus exclamativus et infinitivus cum articulo coniunctus; frg. 442.

d) Infinitivus *epexegeticus* cum adiectivis et substantivis et pronominibus coniungitur:

Cum εἷς: Hipp. 920; Ion. 409; Iph. A. 1005; Iph. T. 1052; Phoen. 768; Suppl. 594. 933.

Cum aliis adiectivis: Bacch. 1009-10; El. 611. 810; Heracl. 865; Herc. 716; Ion. 845, 976; Iph. T. 1057. 58; frg. 256, 362.

Cum substantivis coniungitur: Hipp. 951; Iph. T. 388, 913; Med. 654. 1236; Phoe. 49. 437; cum substantivis cum adiectivis coniunctis: cfr.: Bacch. 217 sqq.; Heracl. 534; Herc. 20; Phoe. 68, 1369.

Sententiam antecedentem illustrat inf. h. l. Andr. 95; Iph. A. 56; Rh. 108.

Cum pronominibus:

τόδε: Bacch. 799; Cycl. 196; El. 607, 932; Hec. 825, 904; Heracl. 225, 701, 882, 903; Herc. 304; Hipp. 394, 1298; Iph. A. 839; Iph. T. 758, 1021; Med. 235, 470, 594; Or. 567, 1044, 1162; Phoe. 392, 429; Suppl. 548, 1081.

τάδε: Andr. 371. Bacch. 379, 380, 381; Hec. 605; Hipp. 466, 475; Iph. A. 58, 62; Med. 937; Or. 624; Phoe. 1736.

ὅδε: El. 1269; Herc. 1280; Iph. A. 403; Suppl. 341. 390; frg. 154; 342.

τοῦτο: Andr. 623. 644; Heracl. 351; Herc. 203; 1356; Phoe. 394; Suppl. 1067; frg. 15 (4); 576; 743; 773.

ταῦτα: Andr. 438; Bacch. 247; 426; 427; Hipp. 703; Iph. T. 908; Phoen. 776; frg. 1048.

τοιάδε: Herc. 157 (cfr.: El. 461; Iph. A. 503).

ἐκεῖνο: Bacch. 772; Ion. 637; Phoe. 520. 536, 887, 1663.

κεῖνα: Or. 926.

οἷος: Ion. 1514.

τοσόνδε: Hipp. 712; Ph. 1175.

τοσοῦτον: Hipp. 1251; Med. 263.

ταὐτά: Herc. 681.

τό: frg. 347.

e) Cum *adiectivis et substantivis* coniungitur interdum infinitivus nihil novum ad enuntiatum afferens:

ἀκούειν: Rh. 34; ἀκοῦσαι: Med. 316; Andr. 290; διελθεῖν: Med. 530; εἰδέναι: Bacch. 472; εἰσιδεῖν: Phoen. 127, 147; ἰδεῖν: Andr. 1123; Bacch. 693. 760, 1017; Iph. A. 275. 1588; Med. 1167; Rh. 310, 382; frg. 318. 5; κλύειν El. 293. 1328; Heracl. 785; Herc. 750; Hipp. 485; 1239; 1202; Or. 641; λέγειν: Iph. A. 318; ὁρᾶν: Supp. 1056; Ion. 1142; Iph. A. 1581; εἰσορᾶν: Or. 728; ὁρᾶσθαι: Bacch. 1019; Or. 353; τυχεῖν: Hipp. 868; φέρειν: Andr. 473; frg. 810.

